

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Societas i
cum fonte primo

Ante ignem consistens, eciam si ferreus
sis, aliquando dissolueris, proximus
periculo diu tutus non eris. Per
assiduitatem cito peccat homo. Sepe
familiaritas implicauit; sepe
occasionem peccandi dedit;
sepe quos uoluntas non potuit,
assiduitas superauit.

Ysidorus libro II. soliloquiorum.

Circa serpentem autem non eris diu
illaesus;

ante ignem consistens, etsi ferreus
sis, aliquando dissolueris; proximus
periculo diu tutus non eris, per
assiduitatem cito peccat homo. Saepe
familiaritas implicuit multos. Saepe
occasio peccandi voluntatem facit.
Saepe, quos uoluntas non potuit,
assiduitas superauit.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma de
lamentatione animae peccatricis*, 2, 17-
18 (PL 83, col.849B).